



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Dominica Qvarta Post Epiphan[iam].

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56314)

benignitate concede, concede inquam, vt quod tua in rem nostram potest potentia, simul etiam velit voluntas. Tu quippe, & cœlestis Æsculapi, cœlo ad morbos persanandos, & præsertim ad lepram emundandam, delapsus es: Tu nos igitur, summe Blisæ, velut Naamanes, passionis tuæ Iordane ablue, tu nos, & summe Sacerdos, crucis tuæ hyslopo, pretioso sanguine tuo crueta asperge, vt potenti manu tua sanitati restituti, postquam coram sacerdote, ex legis Euangelicæ præscripto, apparuerimus, tibi vota nostra & laudum sacrificia in hoc mundo offeramus, expectantes interim, donec in altero te laudare, in quo omnis beatitudo nostra sita est, mereamur. Huc porro nos deducere summi Patris, & Filij, & Spiritus sancti Maieestas dignetur, Amen.

DOMINICA QUARTA
POST EPIPHAN.

Partes.

1. Quod Dei omnipotentia in mari declarare soleat.
2. Quod mare sit mundus.
3. Ecclesia nauis.
4. Quomodo in aduersis nos præcat Christus exemplum discipulorum inuitet.
5. Motus magnus cur factus.
6. De satisfactione Apostolorum.
7. De dormitione Christi.

Ascendens Iesus in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius. Matth. 8.

FIGURA.

Ionas Propheta cum in altum à facie Domini fugiens, naui deuectus esset, tanta subito tempestas exorta est, & naue fluctibus ventorumque turbibus agitata, omnes qui eadem vehebantur certissimum vitæ periculum adierint. Vota hic singuli diis facere, penatibus supplicare, nauem exonerare, merces in mare deiicere, & hæc, vt mortem instantem effugere, & optatum ingredi portum valeant. Et ecce, ad omnem hunc stre-

pirum, ad procellarum ventorumque furias Ionas non expergitur, sed vtramque in aurem securus dormiens, in carina delitescit: quem vbi stertentem nauarchus excitasset, his eum verbis aggressus est: *Quid hic rerum agis amice? an non vides, extremo nos discrimine versari? quin expergitur, Deumque tuum etiam inuocas, vt nostri misertus nos naufragij periculo eripiat, & sospites in portum siltat? Cui respondens Ionas, ait: Noli turbari aut percelli vir bone, vnica tempestatis sedandæ marisque pacandi ratio est, si me in profundum deturbaueris. Quod quauis nauæ, rei horrore perterriti, tacere initio detrectarent, tandem tamen sui saluandæ ergo, eum in profundum præcipitem dederunt, quo facto pacatum mare, & omnis tempestas refedit. Ad viuum casus hic historiam Euangelio hodierno comprehensam repræsentat, in qua Christo cum discipulis nauiculam ingresso orta tempestas dicitur, & tam saua quidem, vt omnes submersionem vererentur, & magistrum in nauis fundo instar Ionæ dormitantem, excitarent dicentes: *Heu Domine, salua nos, perimus.* Et quamuis excitatus Dominus tunc in mare se deiici non præceperit, venient tamen dies, in quibus, Ionæ exemplo, maioriq; cum ærumna (quod Ionas sospes adhuc in littus eiectus sit) in passionis Oceanum deiicitur, in quo & exspirauit, & moriens fluctus, quibus homines in hoc mundo concutiebantur, compescuit: quamuis & ad imitationem Ionæ, quem tertia die cœtus in littus exspuit, post triduum à morte resurrexit. Quid præterea Dominus in hac tempestate fecisse scribitur: imperauit ventis, & eorum rabiem refrænauit, dictoq; citius tumida æquora per Neptunia arua resederunt: adeo vt omnes admirantes nimis stupore perculsi dixerint: *Quis est hic, quia mare & ventus obediunt ei.* Hanc Euangelij nostri ager segetem profert, quam & in aurium vestrarum horreum inferre contendam, si æterni Patris Sapientia, maternis precibus inuocata, auxilium mihi & opem ferre non dignetur, atq; ideo communi suffragio eam compellemus dicentes: *Aue Maria.**

Ea omnium semper opinio fuit, Auditores, terram & mare & omnia quæ in iis sunt, præ

Terra & mare mirabilem Dei theatrum.

Psal. 55.

Psal. 105.

Job. 9.

Apol. 3.

præ omnibus locis, velut in theatrum & arena delecta esse, in quibus totius vniuersi monarcha & opifex mirabilia sua & prodigia, quæ creaturarum oculis patere cupit, exercere & ostendere consuevit. Nā quamuis plurima in igne & aëris regione miracula producat; tamen quoniam homo omnium operum illius scopus & causa est, utpote de quo locutus est Psalmista: *In me sunt Deus, vota tua*, qui nec in flammis, nec in aëre, sed in mari & terra vixit; idcirco in duobus hisce elementis mirabilia sua, & miracula maxime admiranda, ac potissimum in mari & aquis, Neptunioque regno, solet producere, adeo ut quorquot hæcenus potentiam miraculorumque patratorum virtutem in summo numine celebrare conati sunt, e mari potissimum eadem elicerint, indeque laudum præclarissima argumenta deprompserint. Testis sit Dauid, qui mirabilem Dei operum catalogum texens ait: *Magnalia in Ægypto, terribilia in maris rubro.*

Idem iter insistens Propheta Job, prodigiorumque diuinorum quodammodo numerum recensens, postquam ea quæ in cælo & terra operatus est, enumeraret: *Qui commouet terram de loco suo, & columna eius concutuntur, qui præcipit soli, & non erit, & claudit stellas quasi sub signaculo, &c.* mox subiungit velut quid mirabilius: *Qui graditur super fluctus maris, qui facit Arcturum & Orionem quasi dixisset: Tanta illius potentia est, ut fluctibus velut pavimento inambulet, & vndas non secus ac terram calcet. Quem locum moraliter Greg. Magn. exponens, credit per mare hoc mundi huius afflictiones intelligi; super illius autem fluctus Deus ambulare dicitur, eo quod, dum persecutionum fluctus & tempestates exsurgunt & furunt, eæ ipsæ quamprimum ad stuporem mirabilem eius collidantur & frangantur. Porro per Arcturum illum septem stellis coruscantem, Ecclesiam intelligit, septem, ut in Apocal. declaratur, eandem labris, id est, septem Spiritus S. donis & charismatibus insignitam, quæ eam non secus ac sidera quædam & faces illustrant. Et quem admodum Arcturus, ut idem subnectit semper voluitur, & mari mergitur, & rursus inde emergit, non secus etiam Ecclesia perse-*

cutionibus infidelium semper agitur, hæresumque; tempestatibus voluitur, nullum tamen naufragium patitur, nec mari immerfa vnquam exstinguitur. Atque hoc est, in quo se Deus admirabilem reddit & stupendum, id est, in aquis & maris imperio.

Et est reuera quidam Altissimi & omnipotentis Dei potentia radius, ac specimen non vulgare: solius quippe Dei est, huiusmodi operari, ac talem potestatem exercere. Hinc Moyses, magnus ille mysteriorum diuinorum interpres & scriba, cum Omnipotentis virtutem & potentiam describeret, ait, velut singulare diuinitatis indicium, spiritum Domini super aquas leni volatu volitasse, & post eum Dauid, Deum eiusque potentiam efferre laudibus gestiens: *In mari, inquit, via tua, & semita tua in aquis multis.* perinde ac si dixisset, fluminibus inambulas Domine, mare non secus ac terram percurrens, in quo potentiam & infinitam virtutem tuam declaras.

Vereres quidem ut aliquid impossibile, & imneque hominum robur excedens exprimerent, pedes efformabant fluctibus maris superimpositos: e contra vero sacra scriptura, ut Deum omnipotentem nihilque ei impossibile esse declararet, sub imagine imperantis terræ marique eum depingit; utpote qui modo aquis, modo ventis, modo tempestatibus dominetur. Cuius rei egregium in Apocal. emblemata legimus: vidit Ioannes Angelum iride coronatum, cuius facies solis instar radiaret, femora vero instar columnarum ignearum solida essent, cuius pes vnus mare, alter terram premeret. Angelus hic Deum representabat, & vtriusque pedis situs super illa elementa, dominium & imperium ræ & mari quod in terram & mare habebat. Multum dominante ænigma hoc interpretes torfit, inquitur, cur dextro pede mare, sinistro autem terram calcaret.

Fuere siquidem nonnulli qui dixere, Deum consulto & data opera pedem dextrum super mare velut valentius, nobilius, & fortius elementum, quod ipsum natura procellosum, variū, instabile, tempestatibus obnoxium sit, & ventorum turbinibus ut plurimum exagiteretur habere; sinistrum vero super terram, quod

Potentia Dei in aquis declarat.

Gen. 1.

Psal. 75.

Rei immensæ & Hierogl.

Apol. 10.

Deus terrena & mari

Gentiles quod ipsa natura quieta sit, & nunquam loco mari, Iudæi terræ: cui, existimant, in hoc pedis vtriusque si- comparati. tu populū Iudæorum. & Gentiles designari, hos quidem mari, illos vero terræ comparando, quod Iudæis ob malitiam reiectis ad Gentes se Dominus conuerterit: & quemadmodum Iacob filios Ioseph benedicendo, dextram iuniori, sinistram vero maiori natu imposuit; ita Christus, in Iudæorum reprobatione, pedem dextrum super Gentes, sinistram autem super Iudæos posuerit. Ne vero me existimetis nugas agere, & in incertū collimare, certum est illos terræ, hos vero mari in Sacris litteris comparari: Gentes scilicet mari, quod errorum fluctibus exagitantur, nullumque sanctitatis fructum ferrent: Iudæos autem terræ, sed quam Dei dextra elaborarat, quæque amplissimos fidei, virtutis, zeli denique fructus proferret. de qua locutus est Psalmographus: *Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem à malitia habitantium in ea, &c.* quem locum Aug. etiam de Iudæorum reprobatione intellexit.

Psal. 106.

Posuit flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem à malitia habitantium in ea, &c. quem locum Aug. etiam de Iudæorum reprobatione intellexit.

Abac. 3.

Ipsæ quæ etiam Propheta Abacuc Gentiles mari confert, dicens: *Viam fecisti in mari equis tuis in luto aquarum multarum, vel, vt LXX. interpretantur: Superinduxisti in mare equos tuos, conturbantes aquas multas,* quod Hieron. fidelissimum hic interpretem agens, de gentilibus exponit. Vere enim Christus quis in mari viam fecit, id est præconibus suis iter commodum reddidit, quando eos gentibus euangelium annuntiaturos emisit. Hinc Dei Verbum in Apocal. equo candido inuectum scribitur, quod varij eiusdem coloris equites sequuntur. Hunc quoque sensum è superioribus Prophetæ verbis elicit Gregor. dura ait: *Viam fecisti in mari equis tuis, esse apparuit inter predicatoribus tuis inter doctrinas huius sæculi, sordida & terrena sapientes.* Quibus in verbis notandum, Prophetam secundū sensum litteralem, in signe aliquod miraculum exprimere voluisse, dum Deum equos, non in terram nec fluuios, sed in mare profundissimum ait emisisse, quod Diuina potestas in mari potissimum sese exerat.

Apoc. 19.

Hinc veteres, vt Amorena scite depingebant, eiusque qua pollet potetiam & virtutem Amorem exprimerent, varios ei flores, & frumenti alios quot spicas, quin & pisces in manus dedere. Innuere scilicet volebant, non terræ modo eum, è qua flores & frumentum producit, sed & mari dominari, quod nimirum in agnitæ potetia & dominij signum pisces ei, velut tributum persolueret. Vt autem paganorum hæc nugis & inaniis veritatem mysteriorum nostrorum insigniam, crediderim mystice hinc demonstrari posse, Deum, qui vt Ioannes quidem ait non nisi amor & charitas est, in terram & mare imperium suum exercere (dicitur quippe in Prophetis: *Et non est alius Deus in celo, & in terra, in mari & in omnibus abyssis*) ac in mari præsertim potetiam suam declarare, virtutemque ostendere.

Lib. 34.

Moral. 48.

Hinc veteres, vt Amorena scite depingebant, eiusque qua pollet potetiam & virtutem Amorem exprimerent, varios ei flores, & frumenti alios quot spicas, quin & pisces in manus dedere. Innuere scilicet volebant, non terræ modo eum, è qua flores & frumentum producit, sed & mari dominari, quod nimirum in agnitæ potetia & dominij signum pisces ei, velut tributum persolueret. Vt autem paganorum hæc nugis & inaniis veritatem mysteriorum nostrorum insigniam, crediderim mystice hinc demonstrari posse, Deum, qui vt Ioannes quidem ait non nisi amor & charitas est, in terram & mare imperium suum exercere (dicitur quippe in Prophetis: *Et non est alius Deus in celo, & in terra, in mari & in omnibus abyssis*) ac in mari præsertim potetiam suam declarare, virtutemque ostendere.

Hinc veteres, vt Amorena scite depingebant, eiusque qua pollet potetiam & virtutem Amorem exprimerent, varios ei flores, & frumenti alios quot spicas, quin & pisces in manus dedere. Innuere scilicet volebant, non terræ modo eum, è qua flores & frumentum producit, sed & mari dominari, quod nimirum in agnitæ potetia & dominij signum pisces ei, velut tributum persolueret. Vt autem paganorum hæc nugis & inaniis veritatem mysteriorum nostrorum insigniam, crediderim mystice hinc demonstrari posse, Deum, qui vt Ioannes quidem ait non nisi amor & charitas est, in terram & mare imperium suum exercere (dicitur quippe in Prophetis: *Et non est alius Deus in celo, & in terra, in mari & in omnibus abyssis*) ac in mari præsertim potetiam suam declarare, virtutemque ostendere.

Hinc veteres, vt Amorena scite depingebant, eiusque qua pollet potetiam & virtutem Amorem exprimerent, varios ei flores, & frumenti alios quot spicas, quin & pisces in manus dedere. Innuere scilicet volebant, non terræ modo eum, è qua flores & frumentum producit, sed & mari dominari, quod nimirum in agnitæ potetia & dominij signum pisces ei, velut tributum persolueret. Vt autem paganorum hæc nugis & inaniis veritatem mysteriorum nostrorum insigniam, crediderim mystice hinc demonstrari posse, Deum, qui vt Ioannes quidem ait non nisi amor & charitas est, in terram & mare imperium suum exercere (dicitur quippe in Prophetis: *Et non est alius Deus in celo, & in terra, in mari & in omnibus abyssis*) ac in mari præsertim potetiam suam declarare, virtutemque ostendere.

Notauit hæc ipsum hæc verbis Ecclesiasticus: *In sermone eius silui venius, & cogitatione placuit abyssum.* Quod hodie vniuersa etiam Iudæa, videns Christum mare conscendere, vtrius imperare, tempestates compescere, demirans, ait: *Quis est hic quia mare & ventis obediunt ei?* cuius rei rationem reddens Origenes ait: *Cum enim multa magna & miranda ostendisset in terra, transit ad mare, vt & ibidem adhuc excellentia opera demonstraret, quatenus terra marique, Dominum se esse omnibus ostenderet.* Atque hoc Euangelio hodierno continetur, in quo legitur: *Ascendens Iesus in nauiculam, secuti sunt eum discipuli eius.* quod ipsum vt methodice & certo quodam ordine deducam, prima concionis parte Christū eiusque discipulos mare ascendentes repræsentabo, deinde tempestatem excitatam, & mox compositam, ob oculos ponam.

Principio igitur, cum in Euangelij limine Christum nauem ingredientem, tempestatibus imperantem & procellas compescentem, video, præclaræ mihi & egregiæ cuiusdam imaginis in mentē venit, qua diuinā veteres prouidentia expressere. Pingebant scilicet nauem, cuius clauum Deus dirigeret ac moderaretur, & cuius etiam remos impelleret: quo edocere conabantur, vitam hanc nostrā, rerumque harum mundanarum statum, nauis in medijs mundi huius vndis fluctuanti per similem esse, at Deū clauo illius assidētē, omnia dirigere, mouere, nutuque suo moderari.

Hinc veteres, vt Amorena scite depingebant, eiusque qua pollet potetiam & virtutem Amorem exprimerent, varios ei flores, & frumenti alios quot spicas, quin & pisces in manus dedere. Innuere scilicet volebant, non terræ modo eum, è qua flores & frumentum producit, sed & mari dominari, quod nimirum in agnitæ potetia & dominij signum pisces ei, velut tributum persolueret. Vt autem paganorum hæc nugis & inaniis veritatem mysteriorum nostrorum insigniam, crediderim mystice hinc demonstrari posse, Deum, qui vt Ioannes quidem ait non nisi amor & charitas est, in terram & mare imperium suum exercere (dicitur quippe in Prophetis: *Et non est alius Deus in celo, & in terra, in mari & in omnibus abyssis*) ac in mari præsertim potetiam suam declarare, virtutemque ostendere.

Hinc

II. Hinc efficere volo, mare hoc, quod fluctibus hic intumescere, tempestatibus agitari, & ventis in altum librari dicitur, veram mundi imaginem esse, idque varias ob rationes.

1. Mare enim instabile est; & stratum iam & quietum quam primum turget & inflatur: mundus quoque iam prosperis affluens, crastina die tristitia ciebit, & aduersitatum procellas superinducit, quin & in momento faciem mutat, risumque lacrymis, & veneno mel permiscet. Fluctus maris & vnde momento insurgunt & intumescunt, & momento subsidunt & placantur: in mundo etiam potentes in momento ad honorum culmen & fastigium euehuntur, & momento ad imum paupertatis deturbantur; hodie montibus excelsiores, & cras humiles in terra serpentes, & sortem suam deplorantes. Testatur id ipsum experientia edoctus David: *Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros Libani, transiit, & ecce non erat.*

3. Mare tertio, nulla paritur cadauera, sed eadem fundo e ducta ad litrus eicit: mundus etiam non fert eos qui mundo mortui sunt, & animam sensusque mortificatos habent, nullaque erga res terrenas ratione afficiuntur. Ita porro intelligenda sunt verba illa Sapientis: *Gravis est nobis ad videndum.* In mari quoque pisciculi minores a maioribus deuorantur; in barbaro mundi statu potentes & opulenti tenuiores deglutiunt & depascunt, in eorumque perniciem & excidium totis viribus conituntur. Conqueritur hoc ipsum in sui seculi moribus Paulus, Corinthiosque, vt hic tolerantiores sint & magnanimi, adhortatur: *Sustinentes si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat.*

5. Quinto, nihil in maris fundo præter arenam videtur, quæ & sterilis & grauis est. Vnde Ierem. *Qui posuit arenam terminum maris.* Mundus ad eundem modum, præter puluerem, cinerem & vanitatem nihil continet, est quoque sterilis & infecundus, peccatis adhæc grauis & sub scelerum pondere fatiscens. Testatur id ipsum Romanis scribens Paulus: *Quem fructum habuisti in illis, in quibus nunc erubescis?* Mille discriminum etiam mare officina est, & innumerabilium periculorum parens: plura tamen in mundo dis-

crimina & subeunda & pertimescenda sunt; hic namque maiorem animarum perniciem causatur, quam corporum Oceanus. Nam vix è quatuor mare conscendentibus nauibus vna naufragium facit, at è quatuor hoc in mundo viuentibus animabus vix vna saluta portum ingreditur. Scripsit hoc expertus Augustinus, vtque alii sibi cauerent, ait: *Amas saculum, absorbebit te, amatores suos vorare nouit, non portare.*

Septimo, portenta & monstrosos abortus plurimos procreat; at non minora nec pau-

Mare habitacioni & sedi stabilien-
da in-
ptum est; ita mundus: confirmabat hoc Hebrais scribens Paulus: *Non habemus hic ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus:* neque enim est aliud quam diuersorium, è quo postredie emigrandum sit.

Mare nono amarum est, salsum, & insipidum, hanc quamuis saluginem pisces, qui in eodem viuunt nec sentiant nec gustent: Idem de mundo hoc inferiori iudicium esto, Auditores, qui amaritudine & miseriarum salugine plenus est, licet qui in eodem affidui sunt, & immerfi, eamdem non percipiunt: Tangit obiter Propheta, dum de mandatis oratione instituens ait: *Esse sub sensibus delicias reputant.* Mare denique nunquam satiat, sed hydropici instar quo magis bibit eo amplius sitit. nam quamuis torrentes, amnes, fluuiosque absorbeat, qui in ipsum quotidie se exonerant, numquam tamen limitibus suis, quasi saturum egreditur, sed alios haurire fluuios paratum est: ad huc modum etiam mundus saturari nequit, sed semper habendi siti laborat: qui enim ad honores euectus est, ampliores & maiores ambit; concupiscentiam cernis & delicias corporis consecratus & consecutus, alias cupit & nouas excogitat; cupidus, auro distentas arcas habens, cupiditate non extincta, sed prouocata, ad nouas diuitias aspirat. In mari quoque hoc semper turbines, ac procellæ, & tempestates assiduæ, vnde textus Euangelij: *Morus magnus factus est in mari.*

7. Mundus scater monstris. *Eccles. 2. Pron 8.*

8. *Heb. 11.*

9.

Mundus amaritudine plenus. *Job. 30.*

III.
Matth. 8.
Ecclesia
navi com-
parata.

Gen. 7.

Cant. 6.

Valer. lib.
7. cap. 3.

Luc. 10.

Prou. 30.
Ecclesia
navis est
in medio
mari flu-
tuans.

Cymba porro hæc, quæ ventorum furis & procellis agitari hic dicitur communi omnium sanctorum Patrum sententia, verus Ecclesie typus & imago est ipsa enim Ecclesia seire admodum & convenienter navi comparatur. Nam quemadmodum diluuij tempore, nullus ab aquis immunis fuit, nisi qui Noë arcam ingressus, cæteris omnibus diluuij absorptis, & oceano circumquaque stagnanti immersis: ita nulla prorsus extra Ecclesie arcam constitutis salus, nullisque salutis portu ingredi datur, quam quos Christi navis excipit, reliqui autem non diluuij modo, sed damnationis æternæ fluctibus submersi intereunt.

Navis adhæc nullas patitur rimas aut foramina per quæ subingrediēte sensim aqua, mergeretur; ac triste naufragium faceret: Idem de Ecclesia dictum volo, quæ nullum schisma, diuisionem nullam, nullam denique dissensionem ferre potest. Hanc ob rem spōsam suam laudauit in Canticis sponsus dicens: *Vnica est columba mea, vna perfecta mea.* Vna scilicet Ecclesia sit oportet, & ita vna, vt quicumque eandem diuisionem velit, nã ille fatuus & demens censendus, ac regem Antiochum imitari dicendus sit. Hic enim cum piratam quem dam, qui mare myoparonibus infestum reddebat, ac nõ nisi rapto viuebat, magna nauium copia obsedisset, adeo vt nullus ei effugij locus pateret; ita tandem eũ eodem transegit, vt cum dimidia nauium parte hospitem eum dimitteret, quod & sacramento confirmauit. Pirata igitur cum in regis se manus tradidisset, singulas quamprimum naues Antiochus in duas dissecari partes iussit, piratæ que vtram sibi partẽ vellet, electionem dedit, atque ita naues omnes inutiles navigationique ineptas reddẽs, eius potentiam fregit. Id ipsum, mihi credite, Ecclesie eueniret, si in plures diuidi partes posset. Porro vnum est necessarium

Inter cætera quæ ingenio se Salomon suo comprehendere posse diffidebat, erat *via nauis in medio mari* at dũ hæc illius verba mente voluo dato studio Spiritum sanctum de navi Ecclesie locutum cenfeo, quæ in medio mundi huius pelago variè impellitur, & fluctuat. Et est profecto difficile admodum in-

genio humano, intelligere aut perfecte comprehendere, quomodo sacra illa Iesu Christi nauis tot annis ventorum turbine concussa, & tempestatibus agitata in persecutionum oceano incolumis, nec minima tabula amissa, insultantibus & frendentibus nequidquam inimicis, fluuuet, imo nullum naufragij periculum pertimescat.

Ecclesie igitur imago nauis hæc est, de Ecclesia qua trina asseri veritas poterit. Imprimis inperpetua fracta quædam & pertinax firmitas, ac sempiterna duratio; idq; propter assiduum sancti Spiritus auxilium, quod nullo vmquam tempore intercedet aut deficiet. Promisit siquidem Christus perpetuum se hospitem Ecclesie futurum, ac nullo eam æuo à se deferendam: quod autem promisit, irritum non reddet. Vnde in Mattheo legitur: *Et porta inferi non preualebunt aduersus eam: quin & Paulus ideo, Timotheo suo scribens, firmiter eam & columnam veritatis nuncupat. apud Ieremiam autem Dominus instar ciuitatis manitæ & columnæ ferreæ eam se redditurum promisit: Ne timeas, ecce dedi tibi in ciuitatem munitam, & in columnam ferream.*

Deinde vehemens & assidua persecutio: Ecclesia tam graues quippe & turbulentas procellas quadrupatur tamq; vehemētibus turbinibus concutitur, vt absorbenda & peritura penitus videatur, & tamen incolumis semper caput effert, & frendētibus persecutionibus magnanima & heroica quadam constantia insultat, naufragiumq; quid sit, ignorat. Et profecto tres iam Ecclesia graues persecutiones perpeffa est: primã a tyrannis; Nerones, Domitianos, Troianos, Diocletianos, Maximinos aliosque intelligo: secundam ab hæreticis, de qua vaticinatus olim Petrus Apostolus ait: *Et in vobis erunt magistri mendaces.* tertiam a peruersis Christianis: quarta & postrema, omniumque erudelitissima futura est persecutio illa Antichristi. At his nequidquam insultantibus Ecclesia victrix semper & superior euadet. Eiusce rei si figuras desideretis, arcam Noë considerate quæ fluctibus quidem agitata & rupibus marinis illisa est, nunquam tamen quassata fundum petiit. Graues etiam luctus Rebeccæ vterus expecta-

Matth. 16.

2. Tim. 3.

Ierem. 1.

Ierem. 1.

1. Pet. 2.

1. Pet. 2.

Gen. 7.

Gen. 25.

reba-

Matt. 7. xiebatur cum gemini inter se collatis viribus decertarent, & civili & intestino bello cōtulerentur; nullus hinc tū abortus secutus est. Domus illa Evangelica rupi inādicata, à ventis quidem impulsā & petita fuit; aquilonibus ludibrium; ideo tamen ad terram non concidit. Mulierem illam prāgnantem; cuius meminit Apocalypūs, bestia quidem deuorare conata est, sed infracta permāsit & immobilis. Idem omnino de Ecclesia cogitetis velim, ipsa quippe Noe arca est omnia animalia ratione prādita, munda & immunda continens; vtarus Rebecæ est, Iacobos & Esau in se complectens, iustos inquam & peccatores, est domus illa rupis confessionis Petri, quam de Christi diuinitate protulit, inādicata; est mulier illa Apocalypēos, quæ insultibus, persecutionibusq; exposita constans permanet, omniumque vires eludit.

Apo. 12. Postremo, quod periculis omnibus superior euadet, inimicos debellatura, deq; ipsis triumphum reportatura, & testes victoria, infamiaque hostilis notas trophæa erectura sit; idcirco rubo quem Moses in Exodo vidit inter flammās non flammantem, eam haud abimilem licet confiteri. Quamuis enim Ecclesia in mediis persecutionum ignibus constituta sit, nullum tamen sentit incendium aut ambustionē, at inuiolabilis semper permanet. Hinc inter cetera sponsus in Canticis eam comparat palmæ; quæ quo violentius deprimitur, eo amplius exurgit & cristas obtinēdo erigit. Ecclesia igitur nauis est, sed nauis quam Christus hodie ingressus scribitur.

Exod. 3. *Cant. 7.* *Matt. 8.* *Ascendente Iesu in nauiculam.* Quot nauis hæc consecō mysteria, quot mirabilia & dignas considerationes includit! Primo docet Christum in tempestatibus & laboribus ducem semper & primum esse, ipse nimirum magnanimus ac generosus ille ductor est, qui in ærumnis, laboribus, periculis subeundis primus est, primus in periculis maris, in pœnis terræ primus, viam aperiens ac vadum tentans: vt quicumque sequi desiderēt, tentarum iam & complanatum iter ingrediantur: ipse vitæ huius angustias & amaritudines sua constantia perfringit, ac quodammodo melle super-

iecto dulcorat, ne earum difficultate ceteri deterri pedem retrahant, at potius, facile illecti, vterius progrediantur. Magnus ille & validus Abimelech cum pinum mediam dissecuisset, eiusque ramos in milites distribuisset, orationem ad eos conuertens ait, *Quod me vidistis facere, cito facite.* hodie namque de inimicis vindictam sumamus necesse est. Idem omnino ductor ductorum Christus suis ait, *Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam & sequatur me.*

Moyfes Hebræorum ductor & tutela, cum virgam manugestans populo in trāitu maris rubri ducatum præstaret, alta voce inclamauit: Sumite animos popule meus, audacter me ducem sequimini: neque enim vos in syrtes aut cæca vada deducam, eadem vtriusque fors & discrimen erit; nolite timere: hi, quos cernitis, aquarum congesti & conglobati montes, non subsident aut in caput vestrum descendent. Idem hodie & Christus facere videtur, nam quo nobis omnibus per tribulationum oceanum ingredientibus animum adderet, primus nauem ascendit, primus mari se committit, primus denique tempestatibus & procellis sese exponit.

Secundo quoniam maris, & cymbæ mentio incidit, notandum hic occurrit, eos, qui semper in nauigationem instituunt, mare iam conscendere parant, de necessariis sibi rebus semper providere, nequid se dum in medio itinere constitui periculum aliquod adire coguntur, desit, malum quippe, anchoras, vela, remos funesq; comparant, denique de vigilanti ac sedulo sibi nauarcho prospiciunt. Via, qua ad cœlum tenditur, difficilis est, & quidem per mare instituenda: magna hic discrimina, & euidētia pericula adēda, multaq; ad hoc necessaria sunt. At in primis det operā vnusquisq; ne vnquam sine diuino numine iter aggrediatur, eius semper auspiciis imploratis nauem conscendat, ipse Deus in nauarchū & directorem assumatur, ipse inquam primus in naues nostras admittatur; vt hic factū videmus: vix n. nauem conscendit, quin omnes eum Apostoli comitentur, & præcedentē sequantur. *Et secuti sunt eum discipuli eius.*

Tom. I. Pars Hyemalis.

R Nihil

Sanctorū Nihil autem est quod animos roboraret ac
exēpla af- confirmet magis, nihil quod eos ad labores
fictis cō- & difficultates æquanimiter perferēdas am-
solationi plius extimulet, quam sanctorum hominū
fuit. exempla, earumque vita ob oculos posita.

1. Mal. 8.

Hinc zelosus ille patriarcharum legum Matha-
thias filios alloquens ait, *Mementote qualiter
salus facti sunt patres nostri, cum persequeretur
eos Pharaon in mari rubro.* Quin & Iosue, cum
Ios. 4. filij Israel ordanis fluente lico vestigio per-
transissent, præcepit, duodecim vt lapides
vastos fundo eductos in ripa, in rei tãta me-
moriã, erigerent; quibus posteri visis, Deo
confidere, inq; ipsum spem suam conijcere
discerent, qui nimirū patres tantis angustijs
calamitatibusq; eripuisse. Hodie quoque
Apostoli, dum Christū Dominum mare cō-
scendere vident, ipsum quanto citius secuti
sunt & nauem cum ipso conscenderunt, ad
vsq; pericula à latere illius non decedendo.
Sed quid hic noto: quãnam sese hic parado-
xa appetiunt?

Multi
Christum
in prospere-
ritatis ter-
ra, pauci
in aduer-
sitate ma-
ri sequun-
tur.

Video, plurimos Christo, dum in terris
ambulat, adhærere, adeo vt sæpenumero
præ copia sese mouere non potuerit; at mox,
vt mare ingressus est, in quo maiora pericu-
la, tempestates assiduæ, & procellæ frequen-
tiores: solos Apostolos & discipulos eum se-
cuti. Quod & hoc in mundo iam locum hêt:
multi namq; in terrâ prosperitatis Christum
sequuntur; at paucissimi in mari tribulatio-
num aut in afflictionū tempestatibus: in quo
hirundines imitari videntur, quæ interea dū
æstas ridet, & calores vehementiores sunt,
nobis & laquearib. nostris adhærēt; at quã-
primum frigus & bruma ingruit, recedunt
frigoris impatientes.

Agor. 26.

Apostolus cum coram Agrippa Rege &
Præside Festo, de Christo eiusq; oraculis ac
lege loqueretur, tanta eloquentia & verbo-
rum efficacia vsus est, vt cōmotus rex & ta-
ctus intrinsecus dixerit. *In modico fieri me sua-
des Christianum.* cui subintulit Paulus, *Opto
apud Deum, & in modico & in magno: non tan-
tum te, sed etiam omnes qui audiunt hodie, fieri
tales. qualis & ego sum, exceptis vinculis his.* Id
est, Vellem omnes Christianam religionem
amplecti, & in eo me imitari; non autem vsq;
ad vincula & compedes quibus constrictus

sum. Perinde ac si dixisset, Scio paucos ad-
modum esse, qui Christum ad vincula & car-
ceres vsq; sequi, & corã præsidib. & iudicib.
ob Christum sisti velint. Nam quamuis pa-
radisi gaudia & cœlestes deliciae omnibus
paratae sint, crux tamen & calamitates, tor-
menta que non nisi discipulos eius manent;
qui hic in mari, in tempestate constituti tre-
pidant, quorum aliqui in amara passionis
procella Dei filium vendunt, quidam vero eū
deierando pernegant, ceteri fuga distrahun-
tur, quid igitur tenelli & molles mundi ama-
tores agent? *Et secuti sunt eum discipuli eius.*

Solos hic discipulos Christum secutos tra-
dit Euangelista, quod ipsi magistrum tantum in
vijs asperis ac feruosis quam lætis & planis,
in terra q̄ mari, sequerentur. Sunt n. non-
nulli, qui Dominum non nisi in campestribus,
vijs lætis, terraq; sequuntur, & ab eodem vo-
cati, non nisi in ijs quæ ad gustum sunt volū-
tati illius obsequuntur atq; hoc ex inordina-
to erga seipsos affectu, nimioq; amore pro-
prio, ortū habet, qua nulla deterior aut exi-
tiosior a peccato pestis nos deuoluta reman-
sit. Adeo vt vnusquisq; in omnibus erga quæ
afficitur, aut quæ aggreditur, in seipsum pri-
mo oculos conijciat, vilitatiq; & enolumē-
to priuato præ cæteris studeat, inque ipsum
ante omnia collimet.

Isaac geminorum pater, quamuis alias vir
vitæ sanctissimæ, Iacob iusto posthabito, ex-
ga Esau agrestem & profanum potissimū af-
ficiebatur, quod de huius venationib. inter-
dum vesceretur. Nō proprie diligebat Esau,
sed seipsum, quod venator hic ferina sapius
paternam mensam instrueret, epulisque de-
licatiorib. patris palatum subinde reficeret.
Ad eūdem modum & homo, sui ipsius com-
modo & lucro studens, Deum propterea di-
ligit, quod plura ab eodem beneficia recipi-
at, non vero quo amari dignus sit, & coli ab
omnibus debeat. Horum de numero erat &
Palmographus, dum de seipso canit, *Inclinaui
cor meum ad faciendas iustificationes tuas,
propter retributionem.* Id est affectus quidem
meus, Domine, in mūdānarum rerum amo-
rem propendebat; sed ab ijs retraxit, & man-
datorum tuorum viam, quod larga mihi do-
naturum te beneficia promittebat, ingressus
sum.

Matt. 8.
Amor sui
homini
proprius.

Gen. 25.

Deū ho-
mo pro-
prio stu-
dens cō-
modo di-
ligit.
Psal. 118.

Gen. 28.

sum. Iacob quoque in mercedem & primum oculos coniciens, votum vouet Domino, *S. fuerit Dominus mecum, custodierit me in via per quam ambulo, & dederit mihi panem ad vescendum & vestimentum ad induendum, reuersusque fuero prospere in domum patris mei, erit mihi Dominus in Deum.* Videte obsecro, & proprii emolumenti respectu, priuatique commodi intuitu, Dei se seruum constitatur.

Prov. 22.

Et proprius hic atq; inordinatus affectus in causa est, vt nullus laborem aliquem aut tribulationem, etiam minimam, in Dei seruitio occurrentem, vltro subire velit, sed eam remis velisque fugiat. Quod tedium & naufragam pigritiam in Proverbijs exaggerans Salamon, ait, *Dicit piger, Leo est fortis in medio platearum occidendus sum.* perinde ac si dixisset, *Credit piger ea quae factu facilia & percommoda sunt, magnam difficultatem includere, ac detrimentum sibi aliquod allatura: diei quippe vnius ieiunium; leonem existimat, a quo se enecandum opinatur: horam oratione traducendam, feram credit: quae iugulo suo insiliat, & incautum praefocet.*

Eocl. 6.

O inanes ac pueriles affectus! o amicitiam fallacem & inimicam! an ignoras, o homo, perfidi & fidifragi esse, amicum in necessitate & periculis constitutum deserere, opemque & subsidium efflagitanti denegare, de quo Spiritus sanctus apud Salomonem locutus, *Est amicus secundum tempus, non permanebit tempore tribulationis. At, omni tempore diligit qui amicus est, & fraer in angustia comprobatur.* Adeo vt quicumque perfecto Deum amore diligere se dicit, tam in aduersis & tristibus, quam laetis, & prosperis; tam in maris procellis & tempestatibus quam terrae amoenis, & suauiter ridendum hortorum deliciis eum amare & sequi debeat. Ast hodie, pro dolor! in tranquillitate quidem plurimi, paucissimi vero in tempestate & aduersitatum procellis Christum sequuntur.

Verus amicus ubique & semper adest amico.

Hebraei cum Aegyptios vndarum vorticibus absorptos, marique rubro immerfos cererent, se vero diuitiis, spoliis ac thesauris Aegypti, Angelo ductore, locupletatos, & solpites per aquora traductos, laetum Do-

mino praena deprecabant, *Cantemus Domino, gloriose n. magnificatus est.* At, non multo post cum rerum penuria laborarent, & rebus ad vitam necessariis indigerent, omnes aduersus Moysen & Aaronem in deserto murmurarunt, & querelarum plaustra in eosdem desperabundi exonerarunt. *Vtinam mortui essemus per manum Domini in terra Aegypti quando sedebamus super ollas carnium.* Seruiebant nimirum Deo, quamdiu ad votum fluerebant omnia; at vbi aduersa ingruerent, a Deo recedebant. Quotnam hodie, Deus bone, Israelitis his pares reperiemus, qui non nisi in terra Deum sequuntur, eumque quam de voluptatibus delitiisq; carnalibus aliquid remittere malunt.

Exod. 15.

Exod. 16.

Genezarensis etiam similes esse dicere quid verat? namq; audito Christum demonibus porcos inuadendi eosq; in aquarum proferta praecipites agendi potestatem dedisse, enixe ab eo petierunt, obuiam procedentes, finibus vt eorum egrederetur? His longe deteriores sunt Christiani, qui Dei sui iacturam facere, eumque amittere malunt, quam corpora in seruitutem redigere, spirituique subicere, sensuumque inordinatos appetitus refrenare. Adeo vt nemo Christum, si vel minimum quid aduersitatis ferendum occurrit, aut aliqua rerum iactura facienda sit, sequi velit; at si qua lucri spes voluptasque exterior affulget; nemo non eum sequitur.

Qui Deum non nisi in prosperitate sequeuntur.

Matt. 5.

Historia Iob refert, filios Dei quadam die in conspectum Dei venisse, & inter illos & satanam adfuisse, cui Dominus ait, *Nunquid considerasti seruum meum Iob, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus ac timens Deum & recedens a malo?* Satan respondens mox dixit, *Nunquid Iob frustra timet Deum? Nonne tu vallaisti domum eius, vniuersamq; substantiam per circuitum: operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra? Sed extendo paululum manum tuam, & tange cuncta qua possidet, nisi in facie benedixerit tibi.* Nouerat scilicet Satan, homines Deo tunc potissimum seruire, eiq; se subicere, dum rebus eorum benedicit, cum omnia ad votum fluunt, cum fortunarum nauem prospero & laeto ventu propellit, imo per terram solidam & non

Credebat diabolus Iob Deo seruire temporalium reum co recipiebat gratia.

subsidentem eos dirigit: at ubi mare tribulationum, aduersitatum, tempestatumq; conscendendum, ubi contraria aura superuenit, quamprimum eum deserere, & aliud iter ingredi. Sed iam satis superque de priori conditionis membro; tempestates iam & ventorum procellae aures meas feriunt, meq; ad se vocat. Deerat nimirum navigationi huic altera quae auspicamur, pars.

V.

Matth. 8.
Tempestas
haec super-
naturalis
fuit.

Luc. 8.

Psalm. 134.

Psalm. 148.

Exod. 14.

Exod. 10.

Tempestas
haec ingens
fuit.

Et ecce motus magnus factus est in mari. Quamuis natura tempestatem hanc ciere potuerit, credibile est tamen supernaturalem eam potius, atque Deo permitte factam fuisse. Quod innuere viderur Lucas dicens, *Et descendit procella venti in stagnum*: cum tamen vndarum tumor & fluctus a ventis sub aquis latentibus seseque exerere volentibus gigni soleant, qui cum efferre se & erumpere gestunt, fluctus voluunt & mare a sedibus imis excitant. Philosophatus hunc in modum est Propheta Dauid: *Educens nubes ab extremo terra, qui producit ventos de thesauris suis*. Hi porro venti hac ratione procreati, ad Dei nutum diriguntur, illiusque imperio parent, de quo Psaltes, *Spiritus procellarum qui faciunt verbum eius*. Illius scilicet voluntate & nutu venti mare rubrum in duas partes dissecuere, fluctusque in altum velut mole concretos sua suspenderunt: ipso volente venti dispulere ex Aegypto cinnyphes & locustas: ipsius imperio in eadem coturnices & aues a transmarinis locis in castra Israelitarum pepulere; hodie quoque Aeolo suo & creatori obsecundantes tempestatem causantur.

Hac porro tempestas, quantum augurati & circumstantijs possumus, vehemens admodum & periculosa fuit: eamque varias ob causas oriri Dominus permisit. Primo, ut ita Apostoli Christum in carina dormitantem excitare compellerentur; quod haud dubie, si exiguum periculum fuisset, non fecissent. Plenique enim eorum nauigio assueti erant & naucleri, sapiusque dum in mari piscaretur, tempestatem & iratum mare experti fuerant. Deinde, ut hinc euidentius miraculi ipsius magnitudo appareret, dum Christus ventos & turbines coepescuit, serenitatemq; superinduxit. Tertio, uti quidem Origenes ait, ingens fuit, ut ingens etiam opus appareret,

quale nullus unquam prophetarum edidisset. Quarto, ut tanto maius Apostolorum gaudium foret, cum tanto se ereptos discrimine cererent: quo enim fluctus magis magisque intumescebant, quo & metu & formidine maiori exanimabatur. atque, ut timor periculi ingens fuit, ita quoque liberationis gaudium magnum fuerit oportet. Ideoque *notus magnus factus est in mari*. *Matt. 8.*

Porro, nullum hic mare aliud intelligendum, quam stagnum Genesareth; ita namque hoc Genesareth ipsum Lucas cap. 8. appellat: maris autem nomine Mattheus vocandum ipsum censuit, quod late pateret, & multa passuum millia complecteretur. Nemo autem, dum tam horrenda tempestate nauem hanc cum maximo naufragii periculo audit iactari, tantam ventorum vndarumque audaciam fuisse sibi persuadeat, ut nauim qua Dominus, ventorum fluctuumque moderator, veheretur, coecutere praesumerint; nisi diuina huc voluntate concurrente, tantamque maris rabiem permittere: ut ita potentiam suam, quemadmodum olim tempore Ionae Prophetae, declararet.

Notandum hic etiam, semper insolitum quid & rarum accidere, ubi Deus adest. nam quamprimum ut Ierosolymam intravit, *omnino mota est vniuersa ciuitas*. Arca Domini cum in castra Hebraeorum descendisset, Philisthaei ob insolitum hostium gaudium obstupescere dixerunt, *Qua exultatio est haec? qualis non fuit heri? & nudius tertius?* quo insinuat, Deum per uacaces & obstinatos animos, quos semel subierit, conuertere, & cera molliores reddere.

Cum eandem Arcam in sanum Dagon intulissent, miser Dagon quamprimum comminutus ad terram concidit. Docemur hic, Deo animam subeunte, idola eius confestim concidere & perire: ruere inquam idolum auaritia, quam hoc nomine Apostolus nuncupauit; idolum quoque gulae, luxuriaeque; oia denique animae nostrae idola trunca & mutila ad terram delabi. Deus siquidem animarum nostrarum territorium ingressus, easdem mirabili quadam ratione conuertit, mutat, inque novos nos homines transformat.

Spiritus Domini cum in Saulem descendisset, in alium prorsus virum eundem mutauit, *1. Reg. 10.*

Per mare hoc Genesareth stagnum intelligendum.

Vbi Deus adest, semper rarum quid accidit.

Matt. 27.
1. Reg. 4.
1. Reg. 5.
Col. 3.

uit,

uit, adeo, vt qui agrestis & minax fuisset, iam mansuetissimus & benignissimus mortaliū videretur. Quod olim Regi huic, quod dieijs accidere consuevit, quos Deus vilitare & inhabitare quodammodo dignatur: omnia nimirum mutata, quadrata rotūdis, ita summis naturam veterem transformat in nouā, longeq; meliorem, petram conuertit in torrentem, vitia in virtutes, tenebras in lumen iucundissimum, procellas in ferenitatē, turbas in quietem & pacem, in scitiam in scientiam, mortem denique in vitam. Docuit hoc me Palmographus dicens, *A facie Domini mota est terra, a facie Dei Iacob: qui conuertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.* Hæc autem mutatio rarum quid est & insolens, a dextera Ecclesiæ profectum, & virtutem Altissimi patefaciens, eius inquam qui ventos hodie & fluctus compellit, ijsq; arma extorquet.

Matt. 8.

Iudas huius motus causa.

Iona. 1.

Iosue 7.

Num. 16.

Motus magnus factus est in mari. Credit Ambrosius, Beda, Thomas, & Glossa ordinaria ob scelestum & proditione infamem Iudam Iscariotem hanc tempestatem excitatam, ex quo colligere poterimus, quot mala & calamitates illi domui impendant, in qua sceleratus & impius commoratur. Si ob vnus Iona inobediētiam quamuis metu inactam, mare cōcitarum nauem qua alij plurimi vehantur in extremum naufragij discrimen coniecit; si ob vnus Achan furtum Israel ad internecionem propemodum deletus est; si ob trium virorum illorum ambitioforum Core, Dathan & Abiron superbiam, omnes eorum domestici & cōmiliones viui ad inferos, per dehiscentem terræ voraginem descenderūt; magnum profecto afferre exitiū perniciemq; vnus prauis sceleratq; cōmercium credendum est. Semper namq; vbi impiorum congregatio est, tempestates excitantur, pericula frequentia sunt, & discrimina obuia. Date igitur operam, ne quem impium aut vitijs infamem in familiam vestram adoptetis, nisi extremam capiti vestro ruinam arcessere velitis.

Psal. 100.

Hanc porro in familia instituenda regniq; ministris seligendis cautionem adhibuit rex David: *Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum, ambulans in via immaculata hic mihi mi-*

nistrabat. non habitabit in medio domus mea qui facit superbiam. qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. Id est, nullos vnquam nisi probos in hoc mundo dilexi, & si quem in regno meo iustam Deique timentem reperire erat, hunc in familiam meam adoptauit, quin & ita improbos, vitæque cōtaminata, superbos, turgidos, vitijsque deditos abominor & detestor, vt nullus vnquam impius domum meam sit ingressurus. Et merito; cum peccatores tempestatum & malorum familijs in quibus habitant superuenientium causa sint.

Davidis in seruatorum delictu caute-la.

Matt. 8.

Motus magnus factus est. Ipse forsitan Christus motus huius causa fuit; antequam enim nauim conscenderet, mare pacatum & quietum erat, insolescere vero & tumere cepit, dum in altum prouectus esset. Docemur hic, eos qui sine Deo viuunt, eiusq; societate nō gaudent, ementita quadam & ficta pace, bellisque deteriore gaudere. Testatur hoc ipsa Christus in Euangelio dicens, *Cum*

Luc. 11.

fortis armatus custodit aurium suum, in pace sunt omnia quæ possidet. Tunc scilicet Dæmon gaudens ait, quod Holofernes olim de se iactabat, *Ego numquam nocui viro qui voluit seruire regi Nabuchodonosor.* Sed dici non potest, q̄ pax hæc noxia sit & periculosa, quā tristes sub risu hoc lacrymæ delirescant: de hac siquidem Isaias locutus viderur, *Ecce in pace*

Iud. 11.

Isai. 38.

hæc amantudo mea amarissima. Idcirco quamprimum animarum nostrarum Deus cymbam ingreditur, tempestates & turbines expectemus necesse est. Huc alludēs Christus, dicebat se bellum & non pacem mūdo attulisse: *Non veni pacem mittere, sed gladium.* Cum enim quis firmiter secum statuit peccatis egredi, & virtutum semitam ingredi; tūc bella interna defauiunt, tribulationes & tentationes ingruunt, tempestatesque validæ cōcitantur.

Matt. 10.

Appositam huic proposito similitudinem Diabolus attulit Chryostom: Fur, inquit, domui non insidiatur, quam fœno, seruis, rebusq; alijs nullius momenti scit plenam esse, sed palatijs, ædibusque amplioribus, quibus lautam supellectilem & magnam opum vim nouit inclusam. Dæmon, latro ille sacrilegijs & rapina iufamis, nullos etiam infestabit aut ten-

Diabolus nullos tentat, nisi qui in statu gratiæ sunt.

tabit, nisi quos meritis, virtutibus gratiarum donis & charitatibus, eique perfectione protractos nouerit; inopes vero & in via perfectionis non usque adeo progressos deserit aut contemnit. Quod & Gregorius calculo suo confirmat, *Demon eos tentare negligit quos quietis iure se possidere sentit, virtutibus inopes, & vitis opulentos.* Exemplum euidens, quod modo præ oculis habemus, rem testatam faciet, in quo mare nauē Apostolorum exagitat, quod Christus eam ingressus sit.

VI.

Mat. 8.
Nihil in mundo stabile.

Prov. 28.

Mors magnus factus est in mari. Cum cymbam qua Christus mundi Redemptor vehitur, tempestatibus quasiari video, & Apostolos pelago iactari ipse mihi persuadeo, nihil in hoc mundo stabile aut solidum reperiri. Notauit hoc Glossa. Et sane quantumuis Christum socium haberemus, quantumuis ille nobis semper adesset, semper tamen metuere oportet, imo nusquam non timere: *Beatus enim, inquit Sapiens, qui semper est paratus.* quin & Bernardus exclamat, *Nusquam est securitas, nec in paradiso; multo minus in terra.* Angeli quippe cælo excidere, primi mortalium fatores paradiso eieci sunt, & Iudas sancto Apostolorum coartuberno, indignum se reddens expulsus: hodie ecce nauim, qua Apostoli nauigant, tempestas exagitat, adeo ut omnes præ metu exalbescant.

Qui Christum sequuntur, tempestates expectantur.

Antequam Christus nauim ingrederetur, mare stratum videbatur, vnde quiescebant, fluctus peccati subsidebant, nec venti prælia inter se miscebant: at mox ut Christus mare conscendit, ecce tibi subito tempestates insurgere, mari intumescere, vnde sursum librari, venti defæuere, decumani fluctus volui, aer turbari, piceoque regi cœli velamine, tonitrua exaudiri, fulgura coruscare; omniaque sursum deorsum moueri, & discrimē certissimum minari ac naufragium; malus ecce comminuitur, vela lacerantur, funes & ruderes ut festuca distringuntur, nauis quoque iam iam aquis absorbenda & fluctibus videtur haurienda, adeo ut cœlum, terra, atque omnia elementa in Christum eiusque discipulos conspirasse visa sint. Cur autē qui Christum sequuntur, tempestatibus exagitentur, inque periculo versentur, variè dari rationes

possunt. primo quod quicumque Christum in aqua & alto religionis mari sequi desiderant, tacite carpant & coarguant eos qui in terra desides & meticulosi permanent. Hinc de Christo dixere impii, *Contrarius est operibus nostris,* qui nimirum paupertate sua diuitias nostras, humilitate superbiâ, sobrietate ingluuiem castigat ac reprehendit. Scilicet, omnes sancta vitæ illius nauigatio exagitat, quia tacite omnium mores corripiebat.

Atque ut simia, superbiæ & malitiæ symbolum speculum horret, & vbiicumque potuerit, frangit, ne in eodem corporis sui turpitudinem videat; & ut camelus, monstrum illud dorsiferorum animalium, aquâ limpida semper turbat, ne gibbum, quem se gestare tergo nouit, videre cogatur: ita mundus, ne vitia sua videat, proborum vitam semper carpit & aduersus eisdem bellum mouet, exemplum quaritis? Quamprimū ecce, ut Ioannes Zachariæ, anachoretarum caput & Primas, Herodis aulam ingressus est, omnia cōcitantur, tantaque aduersus eum tempestas insurgit, ut ceruicem simul & vitam amittat: austeritate namque sua regias delicias suasque continentia adulterium & incestum regis castigabat.

Altera tempestatis huius ratio est; ut hinc manifestum foret, iustos & probos, quâdiu mundi huius mare nauigant, tempestatibus & procellis concuti: mundus enim fideles Christi Iesu seruos hospitium & peregrinorum instar habet. Quod ne insolitum aurnum Apostolis videretur, Christus eos præmonendos censuit, dicens, *Si essetis de mundo, diligit vos mundus; quia vero de mundo non estis, odit vos mundus.* Cuius ciuem ut ciuē tractat, sed alienigenâ & externum, non nisi ut ignotum & hospitem: non secus etiam mundus iustos persequitur, piis bellum mouet, sanctâ instituere vitam volentes grauissima tyrannide premit; & quoties aliquis nostrum aliâ vitæ ratione inire conatur, tempestates excitat: contra vero si per omnia vitiorū genera euagetur, ad omnia scelera habenas laxet, viâque latâ ingrediatur; pace perpetua gaudebit, de quo nullo hoste sollicitus, quiete aget.

Quamdiu enim maleficus carceribus cōclusus tenetur, nemo ei grauis est, aut negotium

Sap. 2.

Simia specula odit, quod eadem deformitate eius exhibeant.

Iusti semper tempestatem patiuntur in mundi huius pelago.

Ioan. 15. Mundus iustos & probos ut peregrinos habet.

Simile.

negotium

etiam facebat: si clam fugam institueret, aut carcerum repagula violenter velit effringere, omnes in eum manus injicient, quotquot obuios habuerit, tot hostes experietur. Quod egregia etiam figura est libris Regum de propheta manifestum reddam. David priusquam molem illam carneam, colosseum illum gigantem funda ad terram dericiisset, & ens ei proprio ceruicem praecidisset, omnibus gratus acceptusque erat, omnes illius societatem ambiebant, ipse quin etiam rex Saul eo ut cytharado utebatur, eumque in delicijs habebat: at heroico hos facinore edito, gigante prostrato, & Israel in libertatem allecto, omnes in eum collatis votis conspirabant, necemque ipsi machinabantur. Quid hoc? aliud nihil quam Christianos, mundo bellum inferre & pessumdare eundem volentes, tempestatibus obnoxios reddi, & animarum eorum cymbam, ut hodie Apostolorum, iratum oblocutorum & demonum mare experiri.

Motus magnus factus est.

Piratae eas portissimum inuadere naues solent, quas auro, gemmis, rebusque pretiosis onustas norunt: non secus etiam infernalis ille praedo Satan, viso hodie nauem illam opulentam & diuitem, in qua omnes thesauri sapientiae & scientiae Dei reconditi erant, Christum, inquam & discipuli, mare conscendisse; omni ope eandem inuadere, depraedari, & exspoliare nititur, veros armat, tempestates ciet, fluctus coaceruat, & vniuersum mare turbat & cocitat. Hoc igitur modo Satan, pirata ille barbarus, & cerdo ille immitis cum animabus agere consuevit. Cum magnus ille doctor Paulus, velut vas & nauis electionis, gratijs & donis spiritualibus onusta, in mundi huius mari enauigatura, tertio caelo delapsus esset; ecce subito spiritum illum improbitatis, angelum Satanae, tanto impetu in eum insipientem, ut necessitate virgente genua in terram saepenumero prosternere coactus sit, diuinum auxilium implorans, quo ab hoc tyranno liberaretur; *Datus est mihi*, inquit, *stimulus carnis meae, angelus Satanae qui me colaphizat*, propter quod ter Dominum rogavi, ut discederet a me. Ecce quae bella, ecce quae tempestas! inde discimus eos quos meditatio interdum in altum tollit; quique vitam hoc

in mundo viuunt angelorum, importunis nihilominus mundi insultibus obnoxios esse, & Satanae ac principum tenebrarum moribus subiectos, imo nunquam sine tempestatibus viuere.

Hos insultus dum Christus metueret, siue in libertatem vindicandi ergo in desertum secessisset, atque instar mercatoris pretiosis cimelijs onusti latebras quaereret; tartareus ille praedo haec subodoratus, tempestates ciet, tentationes in aciem producit, mundum quin etiam vniuersum ad eum circumueniendum offert, *Hac omnia tibi dabo*. Ita quotquot Deo seruire decreuerit, eumque sequi, tempestates experiantur necesse est. Quod perspectum habes Propheta regius dicebat, *Custodi animam, quoniam sanctus sum*: non hic de sanctitate parla, non de proprijs meritis loquitur, sed diuino se seruitio mancipatum confitetur; quasi dixisset: Toto vite tempore me clientem tuum confiteor, & nunquam a seruitio tuo declinabo, atque ideo maiori auxilio indigeo.

Refert in hanc rem visum quoddam Christianus, quod Religioso cuidam apparuisse scribit. Hic cum orationi in spelunca, quam sibi in habitationem delegerat, intentus in genua procumberet, integram demonum progredientium legionem vidit, quam princeps Lucifer ceteris elatior & deformior duceret. Cum omnes ordine tandem processissent, princeps throno insidens, ab omnibus rationem dici transactam exegit; qui negligentiores in hominibus peruertendis fuisse comperiebantur, acriter corripiebantur, imo & flagris subiiciebantur; contra vero qui diligentius peruersioni huic inuigilauerat encomijs digni censuebantur. Inter ceteros quidem sceleratus damunculus, viginti quinque ipsos annos in religioso quodam tentando se infumisse referebat, & hactenus operam & oleum perdidisse; sed hodie tandem aliquando triumphum & victoriam reportasse, ad sacrilegum cum virgine sacra concubitum non modo eum pelliciendo, sed ad nuptias cum eadem contrahendas etiam extimulando. Hic omnes susurrare, & magnis sceleratum hunc laudibus esse ferre, imo tanquam re bene gesta congratulari. Hinc igitur manife-

Matt. 4.

Psal. 85.

Religiosi cuiusdam visio.

1. Reg. 17.

Christianus mundum oppugnaturus tempestatem sentiat. *Matt. 8.* Dæmon piratae per similes.

2. Cor. 12.

nifestum est, iustos & probata vita viros tempestatibus subditos esse, & dæmonibus oppugnari, solumq; Christum eosdem posse compefcere, qui *Surgens imperavit mari & ventis.*

VII.

Matt. 8.
Præsulib.
Ecclesiæ
dormitã-
tibus tem-
pestates
excitatur.
Cant. 7.

Ausimne dicere hanc diuino nutu tempe-
statem accidisse, vt nimirum Christo dormi-
tante surrexit eoq; experrecto resederit; &
demonstrare voluisse, Episcopis & Ecclesiæ
Pastoribus negligentia lethargo oppressis,
tempestates sæpenumero in Ecclesiæ & per-
secutionum procellas oriri; & easdem, cum
frato surgunt, & vigilias super gregem ag-
gunt, sopiri & detumescere? Huc scriptor
quidam verba illa Canticoꝝum traxit; *Mare
surgamus ad vineas, videamus si vinea nostra
floruit.* & sane quicumque vineæ præpositus
est, quodammodo infomes noctes ducat,
summo mane strato membra corripit, præ-
sentiaq; eam sua sæpius visitet ac recreet ne-
cesse est.

Prælati
in loco
cui præ-
est, resi-
dens, lu-
næ assimi-
latur.

Quamuis luna noctis præses omnium pla-
netaꝝum minima sit, maiores tamẽ ceteris in-
res terrenas inflexus includit: cuius rei hæc
esse potest ratio, quod terra proxima sit & à
rebus inferioribus non admodum remota.
Vt proposito hoc adaptem, dico Episcopũ &
Præsulẽ, quamuis fortasse minus doctum,
in diocesi tamen versantem sua eamque sæ-
pius circumambulando visitantem, ouibus
suis vtiliorem esse quã subtiles doctores in
aulis versantes, procul ab ouibus & diocesi
constitutos.

Añ. 5.

In Apostolorum Actis legitur, Petro per
regionem obambulãte, mortuos vmbra illi-
us inumbratos ad vitam rediisse. Crediderim
hoc factum, vt hinc manifestum foret, quan-
tum etiam sola pastoris vmbra Ecclesiæ, vel
diocesi emolumentum adferat, quamque vti-
lis sit ouib. pastoris præsentia pferim mor-
bidis, aut intrinsicis Deo mortuis, Episco-
porum absentiam aliquoties deplorans. Bern-
nardus pastorumque & custodum oseitan-
tiam & somnolentiam reprehendens: Si cui,
inquit, phiala pretioso Iesu Christi sanguine
plena in custodiam mandaretur, quanta eam
cura, quantaque diligentia custodiret! Dum
vero vel vnica anima sanguini hinc equipol-
leat, nam pro eadem effusus est; cur cui ea-

Pastoris
præsentia
regi pro-
dest.

dem commissa est, eiusque pretium & valo-
rem perspectum habet, non eadem etiam
diligentia sedulitateque ipsam seruabit? Ipsa
igitur pastorum absentia ouibus tempesta-
tem procreat, præsentia vero serenitatem
tranquillitatemq; superinducit. *Surgens im-
peravit ventis & mari.*

Matt. 8.

Prælagus futurorum David hoc olim mi-
raculũ à longe præuidit, dum diuinorum en-
comiorum catalogum texens inter cætera
cecinit: *Tu Dominaris potestati maris, motum
autem fluctuum eius tu mitigas,* vel, vt hũc lo-
cum interpretatus est Hieronym. allegoricum
sensum secutus, Tu dominaris mundi
potestati, Domine, & tempestates in electos
tuos excitatas tu mitigas. Idem propemo-
dum & alio loco, *In aquis multis ipsi viderunt
opera Domini, & mirabilia eius in suo fundo.* &
Psalmo septuagesimo sexto, *Viderunt te aqua
Deus & turbata sunt abyssi, & sonitum verbo-
rum tuorum & imperium.*

Psal. 88.

Psal. 107.

Psal. 76.

His addo, quoniam in Sacris litteris fluctus
sedati & excitati, mare tranquillatum & tur-
batum, vnde subidentes & tumescetes le-
gantur; semper virtutem quandam coele-
stem & à diuina profectam dextra designari.
Vnde apud Isaiam, *Ego Dominus Deus tuus
qui conturbo mare.* David quoque vates, Dei
mirabilia exaggerans, mare conturbatum, &
elevatorum fluctus imprimis stupet, *Qui con-
turbas profundũ maru.* Discamus hinc, quod
sanguineis deplorandum est lacrymis, crea-
turas omnes, licet sensus & mentis & ratio-
nis expertes, ipsum quin etiam mare, Deo
quam promptissime in omnibus obsequi, &
solum hominem, ratione præditum & cælo
originem ducentem, eidem resistere, eiusque
præceptis aduersari. Quod apud Ieremiam
olim deplorauit, Iudæos ingratitude co-
arguens, *Audi popule stulte qui non habes cor,
qui habentes oculos non videris; aures, & non au-
ditis. me ergo non timebitis, ait Dominus, & à
facie mea non dol. bitis, qui posui arenam termi-
num mari, præceptum sempiternum quod non præ-
teribit, & commouebuntur & non poterunt, &
intumescent fluctus eius, & non transliant illud:
populo autem huic factum est cor incredulum ex-
asperas.* Id est, nihil est ò ingrata creatura, quod
rebellionem, peruicaciam, duritiamq; tuam
refra-

Pacare
fluctus &
ciere so-
lius Dei
est.
Isa. 51.

Psal. 64.

Ierem. 5.

refra-

refractariam magis cōdemner, quam prom-
pra illa insensibilem rerum obedientia, pre-
fertim cum fureates illi maris fluctus, ru-
mentes vndæ, & insolens oceanus intra are-
næ terminos inclusus vltius progredi non
audeat, nec transgredi præfixos ab æterno
numine limites præsumat; & tu sola mente
& ratione prædita, libero arbitrio dotata, o-
bedientiæ limites transgredieris, & inordi-
natos affectuum imperus sequeris, quoque
illi impellunt moueris. O ingratitudinem
singularem! mare Creatori obsequitur, &
solus, prædolor! homo illius imperium ne-
gligit, & refractarius inuenitur, *Surgens im-
perauit mari & ventis.*

Matt. 8.

Exod. 14.

4. Reg. 2.

Tob. 3.

Psal. 106.

Psal. 48.

Psal. 118.

Cōclusio.

*Imperauit ventis vt ostendat, eum non ex-
tendisse, virgam, vt olim Mosem, dum ma-
re rubrum transiret, fecisse scriptura narrat;
nec pallio aquas tetigisse, vt in Iordane olim
Elias præstitit; sed absoluta quadam poten-
tia & auctoritate, velut seruo Dominus,
Creaturis creator, mari imperasse. Raguelis
filia Sara præuiderat hoc ipsum cum diceret,
Post tempestatem tranquillum facis, & post la-
crymationem & fletum exultationem infundis,
& melius Psalmographus, Dixit & stetit spi-
ritus procella. & alio loco, Nix, glacies, spiritus
procellarum qua faciunt verbum eius, & alibi;
Omnia seruiunt tibi, teque Dominum suum
agnoscunt.*

At iam satis superque in mari hoc euagati
sumus tempestate iactati, ventis huc illucq;
pulli, & immensum spatij confecimus æ-
quor; iam littori cymbam applicemus, por-
tumq; ingrediamur. Quamobrem, Audito-
res, miraculum hoc animis vestris inculpate,
cogitate mundum hunc non nisi mare esse,
in quo iusti & probi tempestatibus concuti-
antur. Mementore, vos Christum tam in ter-
ra, quam in mari sequi, & cum illo procellas
experiri debere; deinde nihil in hoc mundo
firmum aut stabile reperiri, cum ipsa qua
Apostoli vehuntur nauis, ventis huc illuc-
que pellatur. Pependite etiam quam noxia
improbiorum sit societas, quantamq; perni-
tiam afferre soleat, eum vnicus Iudas in cau-
sa sit, cur reliqui Apostoli tempestate agitē-
tur. Hinc in Deuteronomio veruit Dominus
ne quis bouem asino ad aratrum, vel utim-

Deut. 20.

Tom. 1. Pars Hyemalis.

pari iugo, copularet. Designare mysterium
voluit, non debere iustos cum sceleratis so-
cietatem inire. hos enim figura est eius qui
collum legi diuinę subiicit, asinus vero eius,
de quo in Psalmis est mentio, *Homo cum esset
in honore, non intellexit, comparatus est inmen-
tis insipientibus.* Psal. 48.

Tu autem, summe Deus, qui tuam in mari
potentiam ventos compescendo, tempesta-
tem sedando, tranquillitatemque aduocan-
do ostendisti; cum nauis hæc tempestatibus
iactata Ecclesiam tuam repræsentet, ratem
illam, quæ tot iam annis in mundi huius pe-
lago fluctuauit, tot tempestates perpessa est,
& hæresium ventis etiamnum cōcutitur, il-
læsam conserua, à naufragio immunē præ-
sta, tempestates sedita, ventos fræna, perse-
cutiones aufer, tumida æquora placa, au-
ramq; serenantem aduoca. Deinde cum mi-
ser hic mundus, oceanus quidã turbulentus
& tempestatibus obnoxius sit, quas nos pati
cogimur, gratia nobis tua succurre, nauem
iple nostram ingredi, adesto, opitulare, à
tentationibus & insultibus nos defende, vt,
dum omnia hic tranquilla & quieta fuerint,
salutis, id est æternæ felicitatis portum, te
dirigente, feliciter ingredi valeamus, cuius
nos compotes reddat qui viuit & regnat in
sæculorum sæcula Deus, Amen.

DOMINICA QUINTA
POST EPIPHAN.

Partes.

1. De patientia Dei peccatores tolerantia.
2. Quis, qualisq; seminator, & quod semen.
3. Qua causa Deo, peccatores tolerantia.
4. Hæreticos esse eradicandos.
5. De Christianis saluti indormientibus.
6. De vtriusq; Magistratus dormitancia.
7. Quis inimicus sator sit lolij.

Simile est regnum caelorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. Matt. 13.

FIGURA.

INTER cætera quæ fidelis ille & amans
Canticorum sponsus, dilectæ suæ blan-
S diendo